

**INTROIT Sedulius**

Salve, sancta Parens, eníxa puérpera  
Regem: qui cælum terrámque regit in  
sæcula sæculórum. Ps. 44: 2.

Eructávit cor meum verbum:  
dico ego ópera mea Regi. Glória Patri  
et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in  
principío, et nunc, et semper, et in  
sæcula sæculórum. Amen. Salve,  
sancta Parens, eníxa puérpera  
Regem: qui cælum terrámque regit in  
sæcula sæculórum.

**COLLECT**

Fámulis tuis, quæsumus, Dómine,  
cælestis grátiae munus impertíre: ut,  
quibus beátæ Vírginis partus exstítit  
salútis exórdium; Nativitátis ejus votíva  
sollémnitas pacis tríbuat increméntum.  
Per Dóminum nostrum Jesum  
Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit  
et regnat in unitáte Spíritus Sancti,  
Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

*(Commemoration of St. Hadrian,  
Martyr)*

Præsta, quæsumus, omnipotens  
Deus: ut, qui beáti Hadriáni Mártiris tui  
natalítia cólimus, intercessióne ejus, in  
tui nóminis astróre roborémur. Per  
Dóminum nostrum Jesum Christum,  
Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in  
unitáte Spíritus Sancti, Deus, per  
ómnia sæcula sæculórum.

**LESSON Prov. 8: 22-35**

Dóminus possédit me in ínítio víarum  
suárum, ántequam quidquam fáceret a  
principío. Ab ætérno ordináta sum, et  
ex antíquis, ántequam terra fieret.  
Nondum eram abyssi, et ego jam  
concépta eram: necdum fontes  
aquárum úruperant: necdum montes  
graví mole constítierant: ante colles  
ego parturíebar: adhuc terram  
nonfécerat et flúmina et cárdines orbis  
terræ. Quando præparábat cælos,  
áderam: quando certa lege et gyro  
vallábat abyssos: quando æthera  
firmábat sursum et librábat fontem  
aquárum: quando circúmdabat mari  
términum suum et legem ponébat  
aquis, ne transírent fines suos: quando  
appendébat fundaménta terræ. Cum  
eo eram cuncta compónens: et  
delectábar per síngulos dies, ludens  
coram eo omni témpore: ludens in  
orbe terrárum: et delíciæ meæ esse  
cum fíliis hóminum. Nunc ergo, fílii,  
audíte me: Beáti, qui custódiunt vias  
meas. Audíte disciplínam, et estóte  
sapiéntes, et nolíte abjícere eam.  
Beátus homo, qui audít me et qui  
vígílat ad fores meas cotídie, et  
obsérvat ad postes óstii mei. Qui  
me invénerít, invéniet vitam et háuriet  
salútem a Dómino.

**GRADUAL**

Benedícta et venerábilis es, Virgo  
María: quæ sine tactu pudóris invénta  
es Mater Salvatóris. Virgo, Dei  
Génetrix, quem totus non colit orbis,  
in tua se clausit víscera factus homo.

**LESSER ALLELUIA**

Allelúja, allelúja. Felix es, sacra Virgo  
María, et omni laude digníssima: quia  
ex te ortus est sol justítiae, Christus,  
Deus noster. Allelúja.

**GOSPEL Matt. 1: 1-16**

Liber generatiónis Jesu Christi, filii  
David, filii Abraham. Abraham genuit  
Isaac. Isaac autem genuit Jacob.  
Jacob autem genuit Judam et fratres  
ejus. Judas autem genuit Phares et  
Zaram de Thamar. Phares autem  
genuit Esron. Esron autem genuit  
Aram. Aram autem genuit Aminadab.  
Aminadab autem genuit Naásson.  
Naásson autem genuit Salmon.  
Salmon autem genuit Booz de Rahab.  
Booz autem genuit Obed ex Ruth.  
Obed autem genuit Jesse. Jesse  
autem genuit David regem. David  
autem rex genuit Salomónem ex ea,  
quæ fuit Uriæ. Sálomon autem genuit  
Róboam. Róboam autem genuit Abíam.  
Abías autem genuit Asa. Asa autem  
genuit Josaphat. Jósaphat autem  
genuit Joram. Joram autem genuit  
Oziam. Ozías autem genuit Jóatham.  
Jóatham autem genuit Achaz. Achaz  
autem genuit Ezechíam. Ezechías  
autem genuit Manássen. Manásses  
autem genuit Amon. Amon autem  
genuit Josíam. Josías autem genuit  
Jechoníam et fratres ejus in  
transmigratióne Babylónis. Et post  
transmigratióne Babylónis:  
Jechonías genuit Saláthiel. Saláthiel  
autem genuit Zoróbabel. Zoróbabel  
autem genuit Abiud. Abiud autem  
genuit Eliacim. Eliacim autem genuit  
Azor. Azor autem genuit Sadoc. Sadoc  
autem genuit Achim. Achim autem  
genuit Eliud. Eliud autem genuit  
Eleázar. Eleázar autem genuit Mathan.  
Mathan autem genuit Jacob. Jacob  
autem genuit Joseph, virum Mariæ, de  
qua natus est Jesus, qui vocátur  
Christus.

**OFFERTORY**

Beáta es, Virgo María, quæ ómnium  
portásti Creatórem: genuísti qui te  
fecit, et in ætérnum pérmanes Virgo.

**SECRET**

Unigéniti tui, Dómine, nobis succúrrat  
humánitas: ut, qui natus de Vírgine,  
matris integritátem non mínuit, sed  
sacrávit; in Nativitátis ejus solémniis,  
nostris nos piáculis éxuens,  
oblatióne nostram tibi fáciat  
accéptam Jesu Christo, Dóminus  
noster: Qui tecum vivit et regnat in  
unitáte Spíritus Sancti, Deus, per  
ómnia sæcula sæculórum.

*(Commemoration of St. Hadrian,  
Martyr)*

Munéribus nostris, quæsumus,  
Dómine, precibúsqe suscéptis: et  
cælestibus nos munda mystériis, et  
clémenter exáudi. Per Dóminum  
nostrum Jesum Christum, Fílium tuum,  
qui tecum vivit et regnat in unitáte  
Spíritus Sancti, Deus, per ómnia  
sæcula sæculórum.

**PREFACE OF THE BVM**

Vere dignum et justum est, æquum et  
salutáre, nos tibi semper et ubique  
grátias ágere: Dómine sancte, Pater  
omnipotens, ætérne Deus: Et te in  
Festivitate beátæ Mariæ semper  
Vírginis collaudáre, benedícere et  
prædicare. Quæ et unigénitum tuum  
Sancti Spíritus obumbratióne concépit:  
et, virginitátis glória permanénte, lumen  
ætérnum mundo effúdit, Jesum  
Christum, Dóminum nostrum. Per  
quem maiestátem tuam laudant Ángeli,  
adórant Dominos, tremunt  
Potestátes. Cæli cælorúmque Virtútes  
ac beáta Séraphim sócia exsultatióne  
concélebrant. Cum quibus et nostras  
voces ut admítti júbeas, deprecámur,  
súpplíci confessióne dicéntes:

**COMMUNION**

Beáta víscera Mariæ Vírginis, quæ  
portavérunt ætérni Patris Fílium.

**POSTCOMMUNION**

Súmpsimus, Dómine, celebritátis  
ánnuæ votíva sacraménta: præsta,  
quæsumus; ut et temporális vitæ nobis  
remédia præbeant et ætérnæ. Per  
Dóminum nostrum Jesum Christum,  
Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in  
unitáte Spíritus Sancti, Deus, per  
ómnia sæcula sæculórum.

*(Commemoration of St. Hadrian,  
Martyr)*

Da, quæsumus, Dómine, Deus noster:  
ut, sicut tuórum commemoratióne  
Sanctórum temporáli gratulámur  
offíciio; ita perpétuo lætémur aspéctu.  
Per Dóminum nostrum Jesum  
Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit  
et regnat in unitáte Spíritus Sancti,  
Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

Hail, holy Mother, thou who didst bring  
forth the King who rules heaven and  
earth for ever and ever. (Ps. 44: 2) My  
heart hath uttered a good word : I  
speak my works to the King. v. Glory be  
to the Father, and to the Son, and to  
the Holy Spirit, as it was in the  
beginning, is now, and ever shall be,  
world without end. Amen. Hail, holy  
Mother, thou who didst bring forth the  
King who rules heaven and earth for  
ever and ever.

Impart unto Thy servants, we beseech  
Thee, O Lord, the gift of Thy heavenly  
grace, that to us, for whom the  
childbearing of the Blessed Virgin was  
the beginning of our salvation, the  
votive solemnity of her nativity may  
give increase of peace. Through our  
Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives  
and reigns with Thee in the unity of the  
Holy Spirit, God, forever and ever.

Grant, we beseech Thee, almighty  
God: that we who celebrate the  
heavenly birthday of blessed Hadrian,  
Thy Martyr, may, through this  
intercession be strengthened in the love  
of Thy name. Through our Lord Jesus  
Christ, Thy Son, Who lives and reigns  
with Thee in the unity of the Holy Spirit,  
God, forever and ever.

The Lord possessed me in the  
beginning of His ways, before He made  
anything, from the beginning. I was set  
up from eternity, and of old, before the  
earth was made. The depths were not  
as yet, and I was already conceived  
neither had the fountains of waters as  
yet sprung out; the mountains with their  
huge bulk had not yet been  
established: before the hills I was  
brought forth He had not yet made the  
earth, nor the rivers, not the poles of  
the world. When He prepared the  
heavens, I was there when with a  
certain law and compass He enclosed  
the depths; when He established the  
sky above, and poised the fountains of  
waters; when He compassed the sea  
with its bounds, and set a law to the  
waters that they should not pass their  
limits; when He balanced the  
foundations of the earth; I was with  
Him, forming all things, and was  
delighted every day, playing before Him  
at all times, playing in the world: and  
my delight is to be with the children of  
men. Now, therefore, ye children, hear  
me: blessed are they that keep my  
ways. Hear instruction, and be wise,  
and refuse it not. Blessed is the man  
that heareth me, and that watcheth  
daily at my gates, and waiteth at the  
posts of my doors. He that shall find  
me, shall find life, and shall have  
salvation from the Lord.

Thou art blessed and venerable, O  
Virgin Mary, who with purity unstained  
was found to be the Mother of our  
Savior. V. Virgin Mary, who was unable to  
contain enclosed Himself in thy womb,  
being made man.

Alleluia, alleluia. V. Happy art thou, O  
sacred Virgin Mary, and most worthy of  
all praise, for out of thee hath risen the  
sun of justice, Christ, our God. Alleluia.

The book of the generation of Jesus  
Christ, the son of David, the son of  
Abraham. Abraham begot Isaac; and  
Isaac begot Jacob; and Jacob begot  
Judas, and his brethren; and Judas  
begot Phares and Zara of Thamar; and  
Phares begot Esron; and Esron begot  
Aram; and Aram begot Aminadab; and  
Aminadab begot Naasson; and  
Naasson begot Salmon; and Salmon  
begot Booz of Rahab; and Booz begot  
Obed of Ruth; and Obed begot Jesse;  
and Jesse begot David the king. And  
David the king begot Solomon, of her  
who had been the wife of Urias; and  
Solomon begot Roboam; and Roboam  
begot Abia; and Abia begot Asa; and  
Asa begot Josaphat; and Josaphat  
begot Joram; and Joram begot Ozias;  
and Ozfaz begot Joatham; and  
Joatham begot Achaz; and Achaz  
begot Ezechias; and Ezechias begot  
Manasses; and Manasses begot Amon;  
and Amon begot Josias; and Josias  
begot Jechonias and his brethren in the  
transmigration of Babylon. And after  
the transmigration of Babylon, Jechonias  
begot Salathiel; and Salathiel begot  
Zorobabel; and Zorobabel begot Abiud;  
and Abiud begot Eliacim; and Eliacim  
begot Azor; and Azor begot Sadoc; and  
Sadoc begot Achim, and Achim begot  
Eliud; and Eliud begot Eleazar; and  
Eleazar begot Mathan; and Mathan  
begot Jacob; and Jacob begot Joseph,  
the husband of Mary, of whom was  
born Jesus, Who is called Christ.

Blessed art thou, O Virgin Mary, who  
didst bear the Creator of all things; thou  
didst bring forth Him Who made thee,  
and remainest a virgin forever.

Let the humanity of Thine only-  
begotten Son succor us, O Lord, that  
He, Who, born of a virgin, did not  
diminish, but consecrated, the virginity  
of His mother, may, on this solemn  
festival of her visitation, deliver us from  
our sins and make our offering  
acceptable, even Jesus Christ our  
Lord, Who with Thee livest and  
reignest, in the unity of the Holy Ghost,  
God, forever and ever.

Receive our gifts, and our prayers, we  
beseech Thee, O Lord; cleanse us by  
the heavenly mysteries and mercifully  
hear us. Through our Lord Jesus  
Christ, Thy Son, Who lives and reigns  
with Thee in the unity of the Holy Spirit,  
God, forever and ever.

It is truly meet and just, right and for  
our salvation that we always and  
everywhere give thanks unto Thee, O  
holy Lord, Father almighty, everlasting  
God: and that we should praise and  
bless, and proclaim Thee, in this feast  
of the Blessed Virgin Mary, ever Virgin:  
Who also conceived Thine only-  
begotten Son by the overshadowing of  
the Holy Spirit, and the glory of her  
virginity still abiding, gave forth to the  
world the everlasting Light, Jesus  
Christ our Lord. Through whom the  
Angels praise Thy majesty, the  
Dominations adore, the Powers  
tremble: the heavens and the hosts of  
heaven, and the blessed Seraphim,  
together celebrate in exultation. With  
whom, we pray Thee, command that  
our voices of supplication also be  
admitted in confessing Thee saying:

Blessed is the womb of the Virgin Mary,  
which bore the Son of the Eternal  
Father.

Having received, O Lord, these helps to  
our salvation, grant, we beseech Thee,  
that we may be ever protected by the  
patronage of blessed Mary ever Virgin,  
in whose honor we have made these  
offerings to Thy majesty. Through our  
Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives  
and reigns with Thee in the unity of the  
Holy Spirit, God, forever and ever.

Grant, we beseech Thee, O Lord, our  
God: that, as we rejoice on earth in  
keeping the memory of Thy saints, so  
also we may enjoy their company for  
evermore. Through our Lord Jesus  
Christ, Thy Son, Who lives and reigns  
with Thee in the unity of the Holy Spirit,  
God, forever and ever.